

deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus, expleto jam tempore à constitutionibus cuiuscumque Ordinis vel aliis legitime præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctionum confessiones audire, nisi prius à Diocesano Episcopo idonei, iudicati & approbati fuerint.

Ad viii. Confessiones huiusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad ix. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum Secularium audiendas, nequaquam censi approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad x. Regulares ad audiendas confessiones Monialium alterius monasterii deputari non posse.

Ad xi. Confessores Extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Ad xii. Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio serio operavit, ne facultate sibi in hac parte attributa quomodolibet abutatur, ejus rei in iudicio Dei iudicio rationem reddituri.

Ad xiii. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum, & cum populi scandalo.

Quæ Sacra Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Gregorius XV. & S. D. N. Urbanus VIII. in omnibus approbavit; Bullar. tom. 4. p. 101. & 102. A Cardin. Cajetan. Prosper Fagnanus Sacra Congregationis Secretarius.

Afferuntur alia duo dubia ab eadem Sacra Congregat. declarata, & à SS. D. N. approbata.

I. An regularis absque legitima licentia accedens ad monasterium Monialium Regularibus subjectarum, sibi in loco colloquii destinato cum Moniali, colloquens, à diocesano Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, coerceri, & puniri possit?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum censuit posse. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus D. N. Urbanus VII. ad se relata approbavit.

An liceat Episcopo in vim constitutionis san. mem. Gregor. XV. de Exemptorum privilegiis, punire Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenus prænuntiata?

Sacra Congregatio respondit: Regulares ex eadem constitutione ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque usque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expresse declaravit, se uti velle facultate sibi hac in parte attributa, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsideri; Post eam vero declarationem licere Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænuntiata, ad Abbatissæ electionem procedunt? Bullar. d. tom. 4. d. pag. 102. Cos. Card. de Torres. Prosper Fagnanus Secretarius.

Afferuntur variz resolutiones Sacra Congregationis specialiter deputatæ in causa Angelopolitana Jurisdictionis vertente inter Episcopum, & Patres Jesuitas, confirmatæ ab Innocentio X. const. 29. inc. Cum accepimus: ubi referunt ordine sequenti.

I. An in casu, quo Episcopus præcipiat decreta alicuius Concilii Tridentini à Regularibus observari, & executioni demandari, Regulares quicumque etiam Societatis Jesu, sub pretextu, quod huiusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores? Congregatio respondit: Si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Jesu, in illis

casibus in quibus per ipsum Concilium, vel constitutiones apostolicas Regulares exempti subijciuntur jurisdictioni, & correctioni Episcopi, minime licere ipsis Regularibus ob eam causam conservatores eligere.

II. An quando Ordinarius procedit juris ordine servato, adversus Regulares exemptos in casibus, in quibus per Conc. Trid. vel constitutiones apostolicas ipsi subijciuntur, possint Conservatores Judices assignare? Respondit ut ad proximum non posse.

III. An Regularibus, etiam Societatis Jesu, assentibus se habere privilegia quominus obediunt Episcopo in executione decretorum Juris communis, Conc. Trid. & constitutionum apostolicarum, Ordinarii debeant ipsis adhibere fidem absque exhibitione huiusmodi privilegiorum? Respondit, Ordinarios non teneri huiusmodi assertioni fidem adhibere absque integrali privilegiorum exhibitione.

IV. An in casu quo Regulares quicumque, etiam Societatis Jesu, exhibent aliqua privilegia, & Ordinarii iudicent non suffragati casu, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati possint, ac debeant provocare ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis, ad Metropolitanum, sive Ordinarium viciniorum, vel potius possint hoc casu eligere Judices Conservatores? Respondit, si verba privilegiorum sunt obscura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorum Episcopum, nec Conservatores eligere, sed Summum Pontificem pro interpretatione esse adendum.

V. Utrum constitut. fel. rec. Gregorius XV. circa Conservatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentissimorum Sacr. Congregat. Concil. Interpretum desuper editis æque afficiant, & comprehendant Religiosos Societatis Jesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia præfata Societatis privilegia fuerint redacta ad terminos dictæ constitutionis, & sic impostum debeant ab ipsis eligi Conservatores juxta formam, & tenorem præscriptæ constitutionis? Respondit, huiusmodi constitutionem cum declarationibus, ut præfertur, editis æque afficere Religiosos Societatis Jesu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis privilegiis, quippe quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius constitutionis.

VI. An Regulares prædicti gravati ære alieno, vel ad rationia obligati, vel testamentorum executores possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario præscriptum? Respondit, Regulares in causis præfatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum constit. san. mem. Greg. XV. Conservatores non elegerint, & ipsum electionis documentum intra præfinitum tempus in actis curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint, ac dimiserint.

VII. An dicti Regulares, Conservatores sive ad jura, sive ad privilegia tuenda assumptas, teneantur ante exercitum commissionis præstare cautionem coram Ordinario, sive alio Jure competente de iudicio sibi, & iudicatum solvendo, casu, quo in lite, sive in causa succubuerint? Respondit, non teneri.

VIII. An quando Episcopi jura, vel decimas cathedralium adversus Regulares prædictos dote sua spoliantes Ecclesias coram Jure competente teneantur, librosque, memoralia, & allegationes producant, Jus Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, alicuique id generis adnumerantes, huiusmodi scriptorum occasione possint Regulares nominare Conservatores, præterentes injuriam sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones? Respondit, si Episcopi pro tuendis juribus cathedralium ecclesiarum coram Jure competente huiusmodi scripta producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, & modeste referant,

non licere ob eam causam ad Conservatores recurrere.

IX. Utrum Regularis quicumque, etiam Societatis Jesu, possit administrare sacramentum Penitentia Secularibus absque licentia Episcopi diocesani, etiamsi in alia diocesi ab Episcopo approbatus sit? Respondit, Regulares etiam Societatis Jesu in una diocesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum Secularium audiendas, nequaquam posse in alia diocesi huiusmodi confessiones audire sine approbatione Episcopi diocesani.

X. An Episcopus contra dictos Regulares, audiendos in sua diocesi confessiones Secularium absque approbatione, vel concionantes absque licentia Episcopi intra & extra proprias ecclesias, possit procedere, eos à talibus ministeriis removendo, sive præceptis, & aliis Juris remediis coercendo? Respondit, eidem Regularibus, qui confessiones personarum Secularium audiunt sine approbatione Episcopi loci, vel prædicant in ecclesiis Ordinis, non peccata illius benedictione, aut in aliis ecclesiis absque illius licentia, vel in ecclesiis, etiam sui Ordinis, in ipso contradicente, posse Episcopum in vim const. fel. rec. Gregor. XV. quæ incip. Inscrutabili Divina Providentia: tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum, administrationem sacramenti Penitentia, ac munus prædicationis interdiceret, eosque Juris remediis coercere, ac punire.

XI. An quando Episcopo constat, dictas licentias obtentas non fuisse, possit ipse præcipere, ut, donec licentiam intra præscriptum tempus exhibeant, à tali ministerio absterneant? & an requirendum sit per Episcopum pro his exhibendis Provincialis in alia diocesi, vel longissime existens, vel ipsi Regulares Confessarii, vel eorum Superiores ejusdem diocesis, in qua prædicta exercentur? Respondit: Posse Episcopum sic præcipere, nec pro huiusmodi licentiis requirendum esse Provinciale, sed satis esse ipsos Religiosos requirere, aut eorum Superiores in diocesi Episcopi existentes.

XII. An si contingat, ut aliquis prædictorum Regularium insurgat contra Episcopum in propria diocesi, maledicto, scripto, vel dicto, populum scandalizans, possit ab Episcopo puniri, & quæ animadversione? Et quid, si huiusmodi delinquentes transierint ad aliam diocesim, hoc casu servandum sit, & quæ poena puniendus sit Regularis, qui commorans in una diocesi spargat famosos libellos contra Ordinarium alterius diocesis? Respondit: Si Regularis intra claustra degens, extra ea in casibus in dubio expressis, ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, teneri Superiorem Regularium, intra tempus ab eo præfigendum, severe illum punire, ac de punitione Episcopum certiorum facere; alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad præscriptum Concil. Trident. cap. 14. sess. 25. de Regular. Quod si delinquens ad aliam diocesim migraverit, servandum esse, quod præcipitur in const. san. mem. Clem. VIII. incip. Suscepti muneris ratio.

XIII. An Conservatores nominati, & electi à Regularibus præscriptis ante exercitum suæ jurisdictionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub poena nullitatis actuum? Respondit: Ubique teneri.

XIV. An privilegia, quæ sunt contra Jurisdictionem Ordinarii, & quibus gaudent, & gaudere præterunt Regulares præfati debeant Episcopis notificari, seu insinuari? Respondit: Regulares teneri huiusmodi privilegia Episcopo exhibere, si eis uti voluerint.

XV. An prædia metallorum fodinæ, sacchari officinæ à Regularibus Societatis, vel aliis possessa, vel alia domus seculares, in quibus videlicet unus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudent privilegio collegiorum, seu conventuum? Respondit, Non gaudere.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VIII.

XVI. Utrum Regulares præscripti apothecas quæcumque mercium, macella, & similia præserim prope collegia, seu conventus exercentes, possint ab Ordinario sub censuris inhiberi, ne huiusmodi exercent? Respondit: Non posse Episcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, sed si in præmissis ita notorie delinquant extra claustra, ut populo scandalo sint, servandum esse, quod dictum est supra in responsione ad duodecimum.

XVII. Utrum Regulares etiam Jesuitæ in suis prædiis, officinis, aliisque suis domibus secularibus sitis intra limites parochialium ad se non spectantium, possint administrare sacramentum Baptismatis solemnem, Matrimonii, Extremæ Unctionis, & Eucharistia, in festo pascharis famulis, mercenariis, rusticis, sive aliis id genus hominibus secularibus, absque Ordinarii, vel Parochi licentia? Respondit: Non posse.

XVIII. Utrum Patres Societatis in civitate, & diocesi Angelorum possint consecrare vasa sacra, altaria, & similia, in quibus Unctio requiritur? Respondit: Itidem non posse.

Pro parte vero Religiosorum Societatis Jesu proposita fuerunt infrascripta dubia.

I. An Episcopi in partibus Indiarum possint ex integro totum unum monasterium, vel collegium ab audiendis confessionibus suspendere? Respondit: Episcopos Indiarum posse quidem omnibus simul unius monasterii, vel collegii Confessarios adimere facultatem audiendi confessiones personarum Secularium, etiam inconsulta Sacra Cong. Episc. & Regularium negotiis preposita, cum decretum ab ea editum sub die 20. Novembris 1615. ex intentionis defectu, & convenientia morali non extendatur ad regiones illas, tam longe dissitas. Verum hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo, & animarum pernicie contingere potest, abstinendum esse Episcopis, nisi gravissima subsistente causa, super quo Sacra Congreg. illorum conscientias graviter voluit oneratas.

II. An Episcopus Regularem pro confessionibus semel approbatum sine nova causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis? Respondit: Regulares, aliis libere ab Episcopo prævio examine approbatos ad audiendas confessiones personarum Secularium, ab eodem Episcopo suspendi, non posse sine nova causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente.

III. An bulla Pii V. 34. in ordine tom. 2. Bullar. concessa, instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, sit revocata in bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Respondit: Agendum cum Sanctissimo, an velit declarare bullam non esse revocatam; illam tamen non suffragari, nisi in locis ubi est defectus Parochorum.

IV. An Episcopus possit cum censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc vigore Concil. Trident. vel per quem canonem? Respondit: Posse procedere, non quidem in vim Concilii Tridentini, sed in vim const. Gregor. XV. quæ incip. Inscrutabili Dei Providentia.

V. An licentia audiendi confessiones, & prædicandi, ab Episcopo per literas missivas, an solum per literas patentes Cancellariæ concedi possit? Respondit: Posse concedi etiam per literas missivas, si ita Episcopus videbitur.

VI. An talis licentia ore tenus, sine scriptis concedi possit? Respondit: Ut ad proximum.

VII. An facultas eligendi Conservatores concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur illis in locis, in quibus non adunt Judices synodales? Respondit: Privilegium Gregorii XIII. suffragari, ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores;

F

ndum

» dummodo tamen in reliquis servetur forma const. Gregorij XV. hac de re edita.

» VIII. An Conservatores Societatis, Vicarios Generales Episcoporum auctoritate apostolica per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas compellere possint virtute bullæ Gregorij XIII. incip. *Æquum reputamus*: data ultima Februar. 1573. Respondit: Posse manifestis injuriis & violentiis eos compescere etiam censuris, & penis ecclesiasticis. Datum Romæ die 16. Aprilis 1648. Quapropter, ut præmissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur, nobis pro parte Joannis Episcopi hujusmodi fuit humiliter supplicatum, ut illa, auctoritate apostolica, confirmare dignaremur. Nos igitur &c. Decernentes &c. Sic non aliter &c. Irritum, & inane &c. Non obstantibus &c. Romæ 14. Maji 1648.

4 Regulares subduntur Episcopis quoad causas Fidei; Conc. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 2. Paulus V. constit. incipit. Romanus Pontifex: Gregorius XV. constit. incipit. Universi Dominici: ubi subduntur ipsis Episcopis, & Inquisitoribus.

5 Item subduntur Episcopis quoad prædicationem verbi Dei; Concil. Trident. citat. sess. 5. de Reformat. cap. 4. Gregor. XV. cons. incipit. Inscrutabili: & Clemens X. cons. incipit. Supernæ: Vide verb. Prædicatores, Prædicator.

6 Item subduntur Episcopis quantum ad susceptionem Ordinum; Conc. Trid. sess. 23. de reformat. c. 8. n. 12. & 14. Vide verb. Ordo.

Quis non miratur, A. hoc in loco circa sollicitationis casum, à Regularibus factæ, Constitutione Div. Gregorij XV. contentum evadere; & quod plus est, nec in addit. ex aliena manu pertingit! Nullus dubitat tam locorum Ordinaris quam (1) hæreticæ pravitate Inquisitoribus facultatem non solum inesse inquirendi & procedendi contra quicumque dignitatis Sacerdotes, Regulares, & Seculares, dummodo aliquis in casibus, in brevi à Sanctitate D. Benedicti XIV. comprehensis, ad inhonestam, & turpia provocata tentaverint; verumetiam quælibet, obligationem habere eisdem, scilicet Inquisitoribus, & locorum Ordinariis personam sollicitantem quomodocumque contingerit, denunciandi; ut verò comprehendantur casus, ad quos non se extendit Gregoriana constitutio, quosque Benedictina est amplexa, ad litteram hæcine inseritur.

(1) Bull. Sancti. D. Benedicti. XIV.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacramentum Penitentiae, quam secundum post naufragium deperditæ gratiæ tabulam Sancti Patres aptè nuncuparunt, nos licet immerentes ad universi Dominici gregis curam superna dispositione vocati, omne studium, & pastorem sollicitudinem adhibere tenemur, ni quod post amissam Baptismi innocentiam, datum est divina benignitate perfugium, per demonum fraudem, & hominum, Dei beneficiis perverse utentium malitiam naufragis, ac miseris peccatoribus, luctuosum evadat exitum; & quod in salutem, & curationem animarum à Deo, qui dives est in misericordia institutum est, execrabili scelerum quorundam Sacerdotum improbitate, in earum perniciem, atque interitum vertatur. Dudum quidem à fel. rec. Gregor. Papa XV. prædecessore nostro per suas litteras in forma Brevium sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 30. Augusti 1622. Pontificatus sui anno II. sapienter provisum fuit contra quoscumque Sacerdotes audiendis confessionibus deputatos ad turpia, & inhonestam sollicitantes; & deinceps successivis temporibus ad earum litterarum interpretationem, ac declarationem plura subinde à Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Inquisitorum sub die 11. mensis Februarii anno Domini 1661. prodierunt Decreta, & à rec. mem. Alexandro Papa VII. pariter prædecessore nostro in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis die 24. Sept. 1665. coram eo habita, inter alias ab evangelica veritate, & Sanctorum Patrum doctrina alienas, & dissonas propositiones

Item subduntur Episcopis quantum ab audiendas confessiones Sacramentales Secularium; Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 15. Gregorius XV. citat. const. incipit. Inscrutabili: Clemens X. citat. const. incipit. Supernæ: Vide verb. Approbatio, verb. Confessarius, & verb. Reservatio Casuum.

Item subduntur Episcopis, & ab ipsis possunt excommunicati declarari, si ministrent laicis infirmis, etiam hospitibus in eorum conventibus, Viaticum, & Extremam Uctionem, absque Episcopi, vel Parochi licentia; Clem. 1. de priv. & sæpius declaravit S. C. C. & signanter in Nullius 19. Sept. 1637. in Crem. 27. Februar. 1649. in Ripana 3. Februar. 1652. in Gerundens. 13. Februar. 1694. & in Neapolitana 5. Junii 1700.

Item subduntur Episcopis quantum ad audiendas confessiones Monialium, etiam sibi subjectarum; Gregorius XV. citat. const. incipit. Inscrutabili: Clemens X. citat. const. incipit. Supernæ: Vide verb. Moniales art. 5. verb. Jubilæum.

Item subduntur Episcopis, & ab ipsis possunt puniri, si violent sigillum sacramentale Confessionis, cum isti censeantur delinquere circa administrationem sacramenti Penitentiae; Gregor. XV. citat. const. incipit. Inscrutabili.

Item subduntur Episcopis, si sollicitent penitentes in confessione, vel doceant penitentes non teneri ad denunciandos Confessarios sollicitantes; Gregor. XV. const. incipit. Universi.

Item

nes sexta videlicet, & septima, huc revocanda damnata, & prohibita fuerunt. Nos itaque maturè perpentes quanti momenti sit ad æternam animarum salutem ea ubique exactè observari, & quanti ad infirmas oves curandas, & decorem S. Ecclesie Dei retinendum interit, ne aliqui Sacerdotes Penitentiae sacramento nefariè abutentes, penitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant; secum recolentes, se à Christo Domino præsidet, & iudices animarum constitutos, ea sanctitate, quæ sublimitati, & dignitati muneris convenit, tam venerandum sacramentum administrent; motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra præfatas litteras hujusmodi, ac omnia, & singula decreta prædicta ad illarum interpretationem, & declarationem emanata, apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque, omnibus & singulis inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adjicimus; atque etiam, quatenus opus sit, denovo committimus, & mandamus omnibus hæreticæ pravitate Inquisitoribus, & locorum Ordinariis omnium regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum, universi orbis christiani in suis respectu diocesis, ut diligenter, omnique humano respectu postposito inquireant, & procedant contra omnes, & singulos Sacerdotes tam seculares, quam regulares quomodolibet exemptos, Sedi apostolicæ immediate subjectos, quorumcumque ordinum, institutorum, societatum, congregationum, & quicumque dignitatis, & præsentiam, aut quovis privilegio, & indulto munitos, qui aliquem penitentem, quæcumque persona illa sit, vel in actu sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediate post confessionem, vel occasione, aut pretextu confessionis, vel etiam extra occasionem confessionis in confessionali, sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato, aut electo cum simu-

12 Item subduntur Episcopis quantum ad observanda, & evitanda in celebratione missarum; Concil. Trid. sess. 22. de sacrific. Missæ in decret. de evitand. in celebr. Missar. & S. C. C. in Verellen. ad dubium: An liceret Episcopo punire Regulares prohibita, vel inde-

centia in ecclesia suorum Ordinum committentes circa missæ sacrificium? Die 21. Martii 1643. respondit, licere punire Regulares committentes prohibita, vel indecentia in ecclesiis etiam suorum Ordinum circa missæ sacrificium, apud Monacell. tom. 2. tit. 13. form. 1. n. 45. Item

lacione audiendi ibidem confessionem ad inhonestam, & turpia sollicitare, vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam tentaverint, aut cum eis illicitis, & inhonestis sermones, vel tractatus temerario ausu habuerint: & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis severè animadvertant pro condignas penas juxta memoratam Gregorij, Prædecessoris nostri Constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus: dantes etiam si opus sit, & rursus concedentes facultatem, ne delictum tam enorme, Ecclesie Dei injuriosum, remaneat ob probationum defectum impunitum, jam aliis in præfata constitutione tributam procedendi cum testibus etiam singularibus, dummodo presumptiones, indicia, & alia adimicula concurrant. Meminerint præterea omnes, & singuli Sacerdotes ad confessiones audiendas constituti teneri se, ac obligari suos Penitentes, quos noverint fuisse ab illis ut supra sollicitatos, sedulo mone-re juxta occurrentium casuum circumstantias de obligatione denunciandi Inquisitoribus, sive locorum Ordinariis prædictis personam, quæ sollicitationem commiserit, etiamsi Sacerdos sit, qui jurisdictione ad absolutionem validè impediendam careat, aut sollicitatio inter Confessarium, & penitentem mutua fuerit, sive consensum minime præsterit, vel longum tempus post ipsam sollicitationem jam effluerit, aut sollicitatio à Confessario non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter Confessarii, ne penitentibus, quos noverint jam ab alio sollicitatos, sacramentalem absolutionem imperpetuant, nisi prius denuntiationem prædictam ad effectum perducunt delinquentes judicaverint competenti Judici, vel saltè se, cum primum poterunt, delatores sponteant, ac promittant. Et quoniam improbi quidem homines reperuntur, qui odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei Judicio posthabito, & ecclesie auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso sollicitationis insimulant; ut igitur tam nefaria audacia, & tam detestabile facinus metu magnitudinis penæ coerceatur, quæcumque persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsum innocentes Confessarios impiè calumniando, vel scelestè procurando, ut id ab aliis fiat; à quocumque Sacerdote quovis privilegio, auctoritate, dignitate munito, præterquam à Nobis, nostrisque Successoribus, nisi in fine vite, & excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendæ, quam Nobis, & Successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat. Demum magnopere cupientes à Sacrosancti Judiciali, & Sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, & Sacramentorum contemptum, & ecclesie injuriam longè submovere, & tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, & quantum in Domino possumus, animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam demonis potius, quam Dei Ministri loco eas per Sacramentum Creatori suo, ac Nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes in profundum iniquitatis barathrum nefariè submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliorum in theologia Magistrorum consilio desperè adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum vultura sanctione, quemadmodum à pluribus Episcopis per synodales suas constitutio-

nes jam factum esse novimus, omnibus, & singularibus Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus quicumque ordinis, ac dignitatis, tametsi alioquin ad confessiones excipiendas approbatis, & quovis privilegio, & indulto etiam speciali expressione, & specialissima nota, & mentione digno suffultis, auctoritate apostolica, & nostra potestatis plenitudine interdiciamus, & prohibemus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio Sacerdote qui Confessarii manus obire possit, Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi, atque inhonesto contra sextum decalogi præceptum commisso excipere audeat, sublata propterea illi ipso jure quacumque auctoritate, & jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam, adeò quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla, atque irrita omnino sit, tamquam impertita à Sacerdote, qui jurisdictione, ac facultate ad validè absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per presentes has nostras adimere intendimus. Et nihilominus si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis penam, à qua absolvi potestatem nobis solis, nostrisque successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto incurrat: Declarantes etiam, & decernentes, quod nec etiam in vim quæcumque Jubilæi, aut etiam bullæ, quæ appellatur *Cruciata Sanctæ*, aut alterius quælibet indulti confessionem dicti complicis hujusmodi quibusquam valeat excipere, eique sacramentalem absolutionem largiri; cum ad hunc effectum, & in hoc casu nullus Confessarius, utpotè qui in hujusmodi peccati Penitentis genere jurisdictione, ut præfertur, careat, & absolvi facultate à Nobis privatus existat, habendus sit pro Confessario legitimo, & approbato. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis præsertim quæ nuncupantur *Cruciata Sanctæ* vel *Jubilæi Universalis*, & Plenarii, necnon quibusvis ecclesiarum, & monasteriorum, & ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, aut aliis quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus demum, ac precipimus, ut omnes locorum ordinarii tam præsentem, quam futuri pro tempore existentes in approbatione Confessariorum tam prædictam constitutionem Gregorij Prædecessoris, quam præsentem hanc nostram ob omnibus Sacerdotibus approbandis attentè legi, & accuratè observari curent, moneantque eos in Domino, atque hortentur, ut sacrum ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, judicii integritate peragant, exhibeantque semetipsos, ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: memores propterea sint, se locum tenere, ac vices obire Summi atque Æterni Sacerdotis, qui sanctus, innocens, impollutus per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi. Sedulo igitur studeant, diligenterque caveant, ne quærentibus & pulsantibus eorum culpa oculos claudatur, ne deperditæ oves ad ovile Dominicum redire properantes eorum manibus

- 14 Item subduntur Episcopis, & possunt ab ipsis coerceri, si erigant altare portatile in domo privatorum, ut ibi celebrent, Viaticum ministrent Regulari infirmo, & absque licentia Episcopi, vel Parochi; Sac. Cong. Concil. in *Messan.* 28. *Septemb.* 1698. Vide *verb.* Oratorium, num. 80.
- 15 Item subduntur Episcopis, & ab ipsis puniri possunt, si celebrent missas in oratoriis privatis Dominicorum diebus exceptis, vel postquam eadem die fuit ibidem jam celebrata unica Missa in Apostolico Indulto concessa; Sac. Cong. Concil. in *Neapolitana* 30. *Maji* 1699. & expresse Clemens XI. die 15. *Decembris* 1703. in decreto de celebratione in Oratoriis privatis *incip.* Quoniam sanctas. Vide *verb.* Oratorium, n. 51.
- 16 Item subduntur Episcopis quoad admissionem ad habitum, & ad professionem Monialium in monasteriis sibi subjectis, & possunt ab illis puniri, si non fuerint prius certiorati. Sac. Congregat. Concil. in *Limana* 10. *Novemb.* 1625. in *Burgens.* 4. *Decemb.* 1627. in *Dertonen.* 16. *Decemb.* 1646. Vide *verb.* Moniales, art. 1; & num. 68.
- 17 Item subduntur Episcopis quo ad electionem Abbatissarum Monasteriorum sui Ordinis, cui per se, vel per alium potest Episcopus interesse, si vult; Gregorius XV. in citat. constituit. *incip.* Inscrutabilia: Vide *verb.* Abbatissa.
- 18 Item subduntur Episcopis, si Confessarii Monialium monasteriorum intra iocenia civitatis permanent, & pernoscant in mansione per parietes, & per tecta non penitus disjuncta, & separata a monasterio. Alexander VII. constit. *incipient.* Felici.
- 19 Item subduntur Episcopis, & ab ipsis puniri possunt, si Superiores extra necessitatem ingrediantur monasteria Monialium sibi subjectarum. Gregorius XIII. constit. *incip.* Dubiliter: Alexander VII. citata constit. *incip.* Felici. Item si superiores plusquam semel in anno ex causa visitationis dicta monasteria ingrediantur. Alexander VII. citat. constit. *Felici.* Item si Superior Generalis introducat secum in dicta monasteria plusquam duos socios sui Ordinis, & Superior alius a Generali plusquam unum. Alexander VII. citat. constit. *Felici.*
- 20 Item, si ipse Superior Visitor, aut ejus socii sumpserint intra claustrum aliquam refectioem. Alexander VII. in citat. constit. *Felici.* Item, si urgente causa eodem anno pluries ingrediendi septa monasterii, Superior fuerit ingressus absque presentia Episcopi diocesani, vel alterius persone ecclesiasticæ ab ipso ad hoc specialiter delegatæ. Alexander VII. citat. constit. *Felici.* Vide *verb.* Moniales, art. 3. & num. 73. ad 78.
- 21 Item subduntur Episcopis Regulares quoad locutionem cum Monialibus, etiam sibi subjectis, & si sine legitima licentia cum illis loquantur, possunt ab ipsis puniri. Sac. Cong. Concil. *approbante Sanctissimo* in duobus resolutis dubiis allatis *supra* num. 7. Vide *verb.* Moniales, art. 4. ubi plura alia afferuntur ad id decreta.
- 22 Item Regulares subduntur Episcopis in iis, quæ concernunt clausuram Monialium, etiam sibi subjectarum, & si quoad hanc reperiantur delinquentes, possunt ab ipsis puniri. Vide *verb.* Moniales, art. 3. ubi plura alia afferuntur ad id decreta.

bus ferarum dentibus dilaniandæ tradantur, ne prodigi filii egentes, & saucii ad Colestem Patrem revertentes nefaria eorum improbitate gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via sunt, confodiantur. Ut autem presentes literæ ad omnium notitiam faciilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad varias Ecclesie Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari: sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos ille concernunt, perinde arcitare, & afficere, ac si unicusque eorum nominatim, & personaliter intimante fuissent: utque ipsarum presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus

- 31 sunt ab ipsis puniri. Vide *verb.* Moniales, art. 3. ubi plura afferuntur decreta ad rem.
- Item subduntur Episcopis, si Immunitatem ecclesiasticam violaverint, vel laeserint; Sac. Cong. Concil. Immunitat. in *Paronimiana* 3. *Febr.* 1537. Gregor. XIV. const. *incip.* Ex quo: ubi cognitio Immunitatis demandatur Episcopis private quoad omnes, & novissime in *Papien.* 28. *Julii* 1736. Vide *verb.* Immunitas, art. 2. per tot. & signanter & num. 134. ad 136.
- Item subduntur Episcopis, si offendant Ministros, & Officiales curiæ Episcopalis, & tunc possunt ab eis puniri, & carcerari, ut declaravit, & laudavit Sac. Cong. Episcop. & Regular. in *Theatina* 26. *Maritii* 1692. *referente* Cardin. Caraffa.
- Item subduntur Episcopis, si Interdicta per Episcopos promulgata non servant. Clement. 1. de *sentent. excommunic.* Concil. Trident. *sess.* 25. de *Regularib.* c. 11. & Sac. Cong. Concil. in *Casaraugustana*. Interdicti 11. *Junii* 1695. in qua declaratum fuit, Milites Hierosolymitanos, sicut ceteros Regulares, & exemptos, teneri, & obligatos esse ad observantiam Interdicti per Archiepiscopum promulgati, non obstante allegata in contrarium consuetudine immemorabili.
- Item subduntur Episcopis, si in eorum personas delinquant, vel Prælatorum jurisdictionem competentem impediunt, ne minus suum exequantur; tunc enim possunt ab Ordinariis puniri, & legitime coerceri, ut declaravit Sac. Cong. Conc. & approbavit Gregorius XIII. apud Fagnan. *lib.* 1. *Decretal.* in *cap.* Grave gerimus 19. de *Offic. Ordinarii*, num. 76. per text. in *cap.* 1. de *Offic. Delegat.* ibi: *Si eas manifeste cognoverit Justitiam impedire, & cap. 1. de penis in 6. ibi: Si hac occasione sua impediatur Jurisdiclio.*
- Item subduntur Episcopis, si censuram canonis si quis suadente 29. *caus.* 17. *quæst.* 4. vel aliam à Jure latam ob notorium delictum incurrerint; tunc enim possunt ab Episcopis publice denunciari excommunicati, ut ab aliis evitentur, ut declarasse Sac. Cong. Conc. refert Fagnan. *loc. cit.* num. 75. & declaravit eadem Sac. Cong. *novissime* in *Neapolitana* 18. *Aprilis* 1693.
- Item subduntur Episcopis, si degant & delinquant extra claustra, textu expresso in Conc. Trid. *sess.* 6. de *reform.* *cap.* 3. ibi: *Nemo Regularis extra claustra degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu, tutus censuræ, quinque si deliquerit, ab Ordinario loci, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundum Canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.*
- Et hoc procedit etiam in Regulari existente extra claustra ad erectionem monasterii de sui Superioris licentia; cum licentia operetur solum, ut recte cum aliis notat Sperellus *decis.* 38. n. 19. ne committatur apostasia, non verò quin ab Ordinario pro excessibus puniri possit, & sic resolvit Sac. Cong. Concil. cum limitatione ut infra: *Regularis manens extra claustrum de licentia Superioris, etiam in domo destinata ad erectionem monasterii, nisi in dicta domo sit regularis observantia, ut saltem vivat sub Superiore conventuali, potest puniri ab Ordinario.* Ita testantur Genuens. in *prax.* *cap.* 59. n. 2. Sperell. *loc. cit.* n. 22. Fagnan. *lib.* 1. *De-*

Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus persone in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1741. Kalend. Junii, Pontificatus nostri anno primo. — Visa de Curia — N. Antonellus. — X. Sub-Datarius. — Fro D. Card. Passionei. — Cajetanus Amatius. — I. B. Eugenius. — Loco + Plumbi.

- 32 etal. in *cap.* Grave gerimus 19. de *Offic. Ordinarii* numer. 36. Barbosa ad *dict.* *sess.* 6. *cap.* 3. num. 1. & alii plures ibi citati.
- Regulares degentes in Parochialibus Monasterio unitis non possunt puniri ab Ordinariis, nisi delinquant circa curam animarum, & sacramentorum administrationem. Sic in causa Canonici Regularis Lateranensis respondit Sac. Congreg. Concil. ut testatur Fagnan. *loc. cit.* num. 35. & sic resolutum fuisse die 8. *Febr.* 1601. *loc. cit.* num. 35. & sic resolutum fuisse die 8. *Febr.* 1601. *loc. cit.* num. 35. & alii. Et ratio est, quia ipsi censentur degere intra claustra. Regulares tamen de licentia suorum Superiorum manentes in aliquo membro, seu grangia sui monasterii pro Religionis servitio, si ibi delinquant, possunt ab Ordinario puniri. Sic respondit Sacra Congreg. Episcop. & Regular. die 27. *Junii* 1535. ad 6. *dubium*, in quo quærebatur: *An ipse grangia, & Conversi in eis degentes subint. Visitationi Episcopi?* Et respondit, ad 6. *subesse.*
- Regulares degens intra claustra, & extra cum scandalo populi delinquens, puniri debet à suo Superiore, certiorato de punitione Episcopo instante, aliàs puniri poterit ab ipso Episcopo, textu expresso in Con-

Postquam iterato fuit præventum in Sacrosanct. Concil. Tridentin. protectionis usum, ne Regulares è claustris discesserint, nisi à Superioribus missi eorumdem in scriptis obtenta licentia, etsi ad Universitatem studiorum causa, quod præcise habituri essent intra illud, præcavendi ergo illorum vagantiam, aliaque graviora mala; non tantummodo repetita fuit insinuata (1) præventio, verumetiam jussum, in prædicta licentia causam exprimi debere, & non aliter ac tempus concessionis: necessarioque hospitaturi in conventu, si in loco transituri, sive alicujus permanentie ibi commoretur: presentando aliter literas Superiorum Ecclesiastico Vicario, Parochove in ejus defectu, quarum etiam concilii esse debent Judices concessione populorum: peracto, sive transitu tempore concessionis, quilibet ex illis ordinare debet, veluti ex istis advertere ad claustra regredi: in casu vero residentie: Ecclesiasticus procedet, auxilio à secularibus præstito, qui quidem Audientie, Chancellerieve territorii factum communicant, & Parochi Diocesano suo: tamen si absque licentia fuerint deprehensi, detinendi venient, quousque præscriptæ diligentie effectum sortiantur.

(1) *Seg. Sebed.* 22. *Octobris* 1772. Bien sabeis que desde el año de 1750. hasta el presente, han sido repetidas las providencias tomadas por el mi Consejo, para que tuviese puntual observancia lo determinado en el Santo Concilio de Trento, especialmente en el capítulo 4. sesión 25. de *Regularibus*, en que literalmente se previene, que no puedan los regulares separarse de sus conventos, ni aun con pretexto de acudir à sus Superiores, à menos que fuesen enviados ó llamados por ellos, y llevando su licencia *in scriptis*, cometiendo à los Ordinarios el castigo à los que hallaren de otro modo, tratándolos como desertores de su instituto: que los Religiosos que fuesen enviados à las Universidades para seguir los estudios, habitasen precisamente en conventos; y en su defecto procediesen contra ellos los Ordinarios; pero como no obstante esta disposición, y las reales ordenes que quedán citadas, llegasen al mi Consejo varias quejas de la falta de observancia, y las reales ordenes que quedán citadas, y siete de Marzo de este año, para que las Justicias no permitiesen que Religioso alguno pernoctase fuera de su clausura; y que de qualesquiera contravención que se experimentase, diesen cuenta sin la menor omision, quedando responsables las mismas Justicias: con este motivo han ocurrido al mi Consejo varios Superiores de las Ordenes Regulares, quejándose de algunas Justicias por la mala inteligencia dada à la mencionada Real Provision; y examinadas por los de mi Consejo estas quejas, teniendo presente lo expuesto por mis tres Fiscales, por Auto que proveyeron en primero de este mes, entre otras cosas se acordó expedir esta mi Cédula: por la qual, y para excusar los perjuicios que resultan de la mala inteligencia que han dado algunas Justicias à la Real Provision circular del mi Consejo de diez y siete de Marzo de este año, y evitar que los regulares vaguen contra las leyes de sus institutos por el reyno, sin la obediencia y licencia de sus Superiores, y precaver que los hombres facinerosos se disfracen con las vestiduras Religiosas para ocultar sus criminales intenciones, y en uso de la proteccion de lo que ordena el

Concil. Trident. *sess.* 25. de *reform.* *cap.* 14. ibi: *Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus, ab Episcopo præfingendum, severè puniatur: ac de punitione Episcopum certioratum faciat: sin minus à suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit?* Vide infra num. 87.

Superior Regularis ab Episcopo admonitus non puniens, ut supra, talem Regularem delinquentem, incurrit ipso facto privationem dignitatis, & officii per eum obtenti; Etsi illum impunitum ad alium conventum extra diocesim transierit, tenetur eum revocare intra terminum ab Episcopo præfingendum, sub penis privationis dignitatis, & inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, ac ulterius privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, ad quas à solo Romano Pontifice restitui potest. Sic expresse statuit Clemens VIII. constit. *incip.* Suscepit munus: in qua prope medium sic habet: *«Motu, &c. Omnibus, & singulis cujuscumque Ordinis, & Instituti Regu-*

Santo Concilio de Trento: *Mando* que así los Superiores regulares, como los subditos observen inviolablemente lo dispuesto en el capítulo 4. de la sesión 25. de *Regularibus*, y en su cumplimiento los regulares no podrán salir de sus monasterios y conventos, sin la obediencia y licencia *in scriptis* de sus Superiores, los quales expresarán en ellas siempre las causas y tiempo de su concesion: que habiendo convento de la Orden en los lugares à donde se dirigen los regulares de tránsito ó de alguna permanencia, se hospeden precisamente en él; y en caso de no haberle, presenten luego sus Letras al Vicario Ecclesiástico, y en su defecto al Párroco del lugar, y las hagan saber à las Justicias, para que en su inteligencia zelen que sean tratados con la atencion que se merece el carácter religioso; y fenecido el tiempo de las tales licencias, deberán ordenarles los Vicarios ó Párrocos, y advertirles los Alcaldes que se retiren à sus conventos; y en caso de resistencia, auxiliarán los Alcaldes las providencias que tomase el Ecclesiástico; y además de esto darán cuenta à las Audiencias ó Chancillerías del territorio de todo lo que ocurriere, y los Párrocos à los Prelados Diocesanos; y no llevando licencia por escrito, ó teniendo justas causas de sospecha, que no es verdadero Religioso el disfrizado con hábito de tal, le detendrán hasta tanto que se verifique su persona, dando cuenta sin dilacion à los respectivos Superiores Ecclesiásticos y regulares; y con arreglo à estas declaraciones encargo à los MM. RR. Arzobispos, RR. Obispos Diocesanos, y à todos los Superiores de las Ordenes regulares, y mando à vos las Justicias, Jueces y Tribunales Reales de estos mis reynos, hagais se observen, guarden, cumplan y executen las reales Cédulas, Provisiones y Ordenes circulares, repetidas en 28. de Noviembre de 1750. 31. de Mayo de 1726. 11. de Septiembre de 1764. 25. de Noviembre del mismo año, y 4. de Agosto de 1767. en que se recopilan é insertan las antecedentes, sin permitir su contravencion en manera alguna, dando à este fin las ordenes y providencias que tuviereis por conveniente; que así es mi voluntad. (Vide *add. his p. novis. lib. 2. pag. 204. n. 34.*)

larium Mendicantium Superioribus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis Nostræ, ac privationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis penis præcipimus, & mandamus, ut juxta prædictum Decretum quilibet ipsorum Regularium, &c. ubi tenorem decreti allegat, & infra subjungit: Ceterum si Superior in Regularem delinquentem non animadvertit, quinimo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca extra dioccesim, ut præfertur, transmissit, volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, ut Superior, instante Episcopo, infra terminum ab Episcopo præfixendum, & sub eisdem indignationis Nostræ, ac privationis dignitatum, & officiorum obtentorum, nec non & sub inhabilitatis ad illa, & alia impostum obtinenda, ac ulterius privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas à nemine, præterquam à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, restitui possit, ipso facto similiter incurrendis penis, ipsam Regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deliquit, constituere, seu consistere teneatur.

Et insuper addit Pontifex, quod si Superior Regularis ipsum delinquentem revocare, ut supra, prætermiserit, Ordinarius loci, ad quem transmissus fuerit, ab Ordinario loci commissi delicti requisitus, vel aliis de illius delicto informatus, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus, decretum Concilii exequi, & eum punire possit, ac debeat, ibi: "Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentem similiter statuimus, ut Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel de illius delicto informatus, ut præfertur, tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, prædictum Concilii decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem severe animadvertere possit, & debeat, &c. non obstantibus, &c."

Regularis delinquens intra claustra, seu in ecclesia, vel monasterio sui Ordinis cum populi scandalo, censetur, & reputatur delinquere extra claustra; Sic decrevit Sacram Congregationem Concilii refert Fagnan, loc. cit. num. 69. & Sperellus, decis. 38. num. 15. ubi ad litteram refert decretum dictæ Sacræ Congregationis Concilii, quæ ad dubium: "An Regularis delinquens notorie in ecclesia, seu monasterio sui Ordinis, in quo degit, ita ut populo scandalo sit, dicatur delinquere extra claustra, ut locus sit dispositioni Concilii, cap. 14. sess. 25. de Regularibus? Censuit delinquere extra claustra, si in ecclesia monasterii delinquit, nisi clausis portis ecclesiæ, & solis regularibus in ea existentibus, fuerit commissum delictum; Si vero intra claustra monasterii, vel ecclesiæ interioris, delictum sit commissum, ex verbis Concilii non videtur procedere dict. cap. 14. quod expresse dicit extra claustra; tamen scandalum sit notorium populo, ex identitate rationis idem videtur."

Episcopus potest procedere ad summariam informationem de delicto à dicto Regulari extra claustra commisso; Sic censuit Sac. Congr. Concil. apud Donatum *prax. rerum regular. tom. 1. part. 2. tract. 1. quest. 54. num. 11.* quæ ad dubium: "An Episcopus statim habita noticia delictorum possit capere informationem, & illam ad Superiorem delinquentis remittere, ut nequeat de illo delicto ignorantiæ præsumere? Respondit, Posse."

Quando Regularis extra claustra delinquit, cum dubitatur fuerit: "An detineendus sit in carceribus ab Episcopo, donec processus in curia episcopali conficiatur, eoque compilato, instante Superiore, remittendus sit una cum processu puniendus, vel potius non expectata compilatione processus, statim remittendus sit ad Superiorem una cum iis probationibus, quæ habentur? Sacra Congreg. respondit: Statim remittendum esse, etiamposito, quod Superior nullam instantiam faceret." Sic referunt Donatus, loc. citat. num. 7. Fagnan. loc. citat. num. 69. & alii plures.

Regularis deprehensus in delicto, ubi timetur de

fuga, potest juxta Trid. sess. 25. de reformat. cap. 6. ab Episcopo capi per suos Ministros, & recta duci ad suum Superiorem cum instantia, ut intra certum tempus eum puniat, & de punitione ipsum certiorum faciat, juxta Trident. sess. 25. de reformat. cap. 14. Matthæucci, Officialis Curie cap. ultim. sub num. 22. in fine, & de quolibet in casibus à Jure permisis firmat Antonelli, de regimin. ecclesie lib. 7. cap. 18. num. 3. Sperell. decis. 38. num. 15. Biascius, *prax. Episc. part. 2. cap. 3. art. 6. sub num. 23.* Panimoll. dec. 84. adnot. 4. num. 4. & alii passim.

Regulares autem Superiores, qui ad præscriptum Concilii tenentur facere certiores Episcopos de punitione Regularium extra claustra delinquentium, non satisfaciunt faciendo verbo hujusmodi certiorationem, sed in scriptis facere debent; Sac. Congr. Concil. in *Lacana. 14. Decembris 1630.* quam referunt Tamburini, de *Jure Abbat. tom. 3. disp. 5. quest. 11. num. 64.* Barbosa in *Summa Apostolicarum dec. verb. Regularis delinquens, num. 5. & alii.*

Regularis, qui sine Obedientiali sui Superioris à suo conventu recesserit, & reperit fuerit, potest ab Ordinario locorum puniri, textu expresso in Concil. Tridentino sess. 25. de regularibus, cap. 4. ibi: "Nec liceat Regularibus à suis conventibus recedere, etiam præmissi, aut vocati fuerint: qui vero sine prædicto mandato in scriptis obrento reperit fuerit, ab Ordinariis locorum tamquam deseror sui Instituti puniatur." Vide tamen dicta sub verb. Apostata.

Regulares incedentes per civitatem, & loca sine socio, vel de nocte, aut indecenter vestiti, & sine debita modestia Religiosa, possunt per Episcopum in carceribus mancipari tamquam delinquentes extra claustra; servata tamen forma Concilii Tridentini sess. 25. cap. 14. de reformat. regul. Sic Sac. Congr. Episcop. in *Adrien. 15. Decembris 1584. & in Ravennatens. 12. Septembris 1594.* apud Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 20. num. 13.

Regulares deferentes publice arma de mandato Episcopi possunt coerceri. Sac. Congr. Concil. in *Turrinana. 3. Febr. 1635.* apud Monacell. tom. 2. tit. 15. form. 8. num. 3. ubi affert decretum per extensum.

Regulares subduntur Episcopis quoad expositionem solemnem SS. Sacramenti; Cum non possint illud solemniter exponere sine licentia Ordinarii, & nisi ex causa publica, ut sæpius declaraverunt Sacra Congregationes Episcoporum Concil. & Rituum. Vide verb. Eucharistia, n. 57. ubi afferuntur decreta.

Regulares subduntur Episcopis quantum ad accedendum ad processiones publicas. Vide verb. Processiones, a. num. 13.

Item subduntur Episcopis quantum ad componendas controversias super præcedentia in Processionibus. Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap. 13. Vide verb. Præcedentia.

Item subduntur Episcopis quantum ad sacras Imagines, & Reliquias ponendas, & exponendas in suis Regularibus ecclesiis, cum id debeat fieri prævia approbatione Episcopi; Concil. Trident. sess. 25. in decreto de Invocatione, & Veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & Sacris Imaginibus.

Item subduntur Episcopis quantum ad publicationem Indulgentiarum. Concil. Trident. sess. 21. cap. 9. de reformat. & Sac. Congr. Conc. super dict. cap. 9. sess. 21. de reformat. apud Monacell. tom. 2. tit. 16. form. 6. num. 8. ubi refert, quod ita etiam declaravit Sac. Congr. Immutat. in *Firmana 13. Junii 1703. lib. 3. Decret. Vallemani pag. 494.*

Item subduntur Episcopis quantum ad erectionem Confraternitatum; ipsas enim nequeunt ulli Regulares exigere, & instituire, nisi de consensu Ordinarii, Clemens VIII. constit. 125. incip. Quæcumque: Vide verb. Confraternitates.

Item subduntur Episcopis quantum ad susceptam administrationem confraternitatum, vel hospitalium, cum possit Episcopus eos cogere ad reddendam rationem

nem administrationis, & culpabiles repertos ad Juris præscriptum punire, juxta Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 8. & 9. ut expresse declaravit Sac. Congr. Concil. apud Fagnan. loc. cit. num. 47.

Item subduntur Episcopis quoad confraternitates laicorum in suis Regularibus ecclesiis existentes, cum possit Episcopus eas visitare, & ab ipsarum Administratoribus rationem administrationis exigere ad præscriptum cit. cap. 8. & 9. ejusdem sess. 22. Non potest tamen earum capellas, icones, aut altaria visitare, nisi quatenus confratrum administrationem concernunt. Sac. Congr. Concil. apud Fagnan. loc. cit. num. 48. Vide verb. Confraternitates, & verb. Visitatio.

Item subduntur Episcopis Regulares Parochi, seu Curati quoad ea, quæ concernunt curam animarum, Concil. Trid. sess. 25. de regularibus, cap. 11. Gregorius XV. constituit. incip. Inscrutabili: Dummodo ecclesia parochialis non sit illius conventus, in quo Generalis Ordinarius habet residentiam ordinariam, quia ipsa gaudet exemptione à Jurisdictione Ordinarii; Concil. Trident. cit. sess. 25. de regul. cap. 11. & Sac. Congr. Concil. in *Laud. Juridict. 1. Decembris 1691.* in qua plene articulo discussio, & partibus informantibus, fuit resolutum, citam bullam Gregor. XVI. incip. Inscrutabili: non derogasse privilegio cap. 11. sess. 25. de regul. favore Generalium Ordinum concessa, apud Monacell. part. 1. tit. 6. form. 20. num. 14.

Item subduntur Episcopis Regulares Parochi quoad accessum ad synodum, & conferentias casuum, si enim ipsi renuant accedere ad synodum, & Congregationem casuum conscientie, possunt ab Episcopo compelli Juris remediis. Sac. Congr. Concil. in *dicta Laud. in responsione ad octavam in Justinopolitana 20. Septembris 1692. juxta resoluta in Justinopolitana 24. Septembris 1739. in Comment. 16. Decembris 1645. & in Forosempronien. 3. Septembris 1650.*

Non possunt tamen Episcopi compellere Regulares ad accedendum ad conferentias casuum conscientie, neque in conventibus suppressis, & postea restitutis, in quibus non degunt de familia duodecim Religiosi. Sic expresse respondit Sac. Congr. Episcop. & Regular. ut infra: "Cum conventus suppressi, & postea restituti, in quibus non degunt de familia duodecim Religiosi, sint in vigore decreti Ut in parvis Innocent. X. subjeti visitationi, correctioni, & ordinariæ Jurisdictioni Ordinarii locorum, contingit dubitari: An Religiosi Confessores, & non Parochi, in hujusmodi conventibus degentes, compelli possint ab eisdem Ordinariis, ut accedant ad conferentias casuum conscientie?"

Proposito hoc dubio in Sacra Congregatione sub per statu regularium habita in Palatio Vaticano die 15. Jan. 1682. Eminentes PP. censuerunt, Ordinarios Locorum posse quidem hortari, non autem compellere Religiosos Confessores non Parochos ad accedendum ad conferentiam casuum conscientie."

Item regulares subduntur Episcopis quoad renuntiationes, & obligationes Novitiorum, quæ nullæ decernantur, nisi sint cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii infra duos menses ante professionem. Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 16.

Item subduntur Episcopis quoad restituendas Novitias abeuntibus ante professionem res omnes, quæ ipsorum erant; & possunt ii, ad quos spectat, ab Episcopis per censuras ad id compelli, Concil. Trident. cit. sess. 23. de regul. cap. 16.

Item subduntur Episcopis quoad observandos dies festos in diocesis legitime præfixos. Concil. Trident. cit. sess. 25. de regul. cap. 12. Vide verb. Festa.

Item subduntur Episcopis quoad eis præstanda debita obsequia, & baldachinum erigendum in eorum accessu ad ecclesias regulares pro ibi celebrandis pontificalibus, & hujusmodi. Si enim regulares id renuant, potest Episcopus statim absque alia monitione interdictionem Ecclesiæ indicere, & denunciare. Sac. Congr. Concil. in *Veneranda Interdicti 26. Januarii 1697.* Vide verb. Baldachinum, num. 6. ubi ad id affertur decretum jussu Clemens VIII. editum.

Moniales tamen regularibus subiectæ non tenentur erigere baldachinum Episcopo clausuram visitare volenti, sed sufficit stratum preparare. Sac. Congregat. Conc. 19. Jan. 1686. Vid. verb. Baldachinum, n. 7.

Regulares subduntur Episcopis quoad delicta commissa circa personas intra septa, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem monasteriorum monialium, etiam regularibus subiectarum. Gregorius XV. constituit. incip. Inscrutabili: Vide *supr. num. 5. & 6.*

Item subduntur Episcopis, si ab ipsis moniti, sepulturas sub altaribus, & prædellis in eorum ecclesiis constructas nollint, aut differant expurgare, & illas muro obstrui facere, & replere. Vide verb. Altare a. num. 48. ubi ad id dantur decreta.

Item subduntur Episcopis, & censuris ecclesiasticis possunt coerceri, si ecclesiastica, & sacra sacramenta benedicant pro usu aliarum ecclesiarum, non suarum; Sic expresse Sac. Congr. Rit. decreto 18. ex decretis generalibus emanatis 27. Septembris 1659. & 20. Julii 1660. quoad hoc confirmatis, & approbatis ab Alexandro VII.

Item subduntur Episcopis quoad exequendam testatoris voluntatem, & reddendam rationem, si illis fuerit commissa executio, seu distributio reddituum, aliorumque bonorum hæreditatis. Clementina Religiosis, de Testamentis. Fagnan. in cap. Tua nobis, de Testamentis. num. 19. & 49. Passerin. de statu homin. tom. 2. quest. 186. art. 2. num. 121. Capon. dissect. 64. num. 7. ubi dicit conclusionem esse veram, etiamsi testator rationem exigi prohibuisset; Tamburini. de *Jure Abbat. tom. 1. disp. 15. quest. 7. n. 23.* Ventrig. in *prax. p. 1. adnot. 48. §. unico, num. 116.* Monacell. tom. 1. adnot. in Append. ad Constit. Gregor. XV. de exempt. privil. n. 3. Vide verb. Administratio, Administrator.

Item subduntur Episcopis quoad tenendam lampadem accensam ante altare, in quo est Tabernaculum SS. Sacramenti: Transgressores enim possunt ab Episcopis auctoritate sibi delegata à Concilio Tridentino in decret. de evitand. in celebrat. miss. sess. 22. Nec sufficit tenere lampadem accensam in choro, sed tenenda est ante, & prope altare Tabernaculi SS. Sacramenti, prout Sac. Congr. Rit. die 22. Augusti 1699. respondit Generali Cappuccinorum, qui dubium proposuerat. Monacell. loc. citat. num. 1. & Matthæucci Official. Curie, cap. 19. num. 68.

Item potestatem, & Jurisdictionem habent Episcopi supra regulares in spectantibus ad venerationem eorum, qui cum Sanctitatis opinione, vel fama Martyrii ex hac vita migrarunt; Urbanus VIII. constituit. incip. Coelestis Jerusalem:

Item procedere possunt Episcopi, etiam contra regulares asserentes Beatam Virginem conceptam esse cum peccato originali. Gregorius XV. constituit. incip. Sanctissimus:

Item procedere possunt Episcopi etiam contra regulares missas celebrantes, & confessiones sacramentales excipientes, antequam fuerint promoti ad Sacrum Presbyteratus Ordinem, Clemens VIII. constituit. incip. Etsi alias: Urbanus VIII. const. incip. Apostolatus:

Regulares subduntur Episcopis quoad iudices conservatores; Si enim conservatores non elegerint, aut electi uti ausi fuerint aliter, quam juxta formam præscriptam à Gregorio XV. constituit. incip. Sanctissimus: ad annum conservatore carere debent, & interea eorum cause coram locorum Ordinariis cognosci, & definiri debent. Vide verb. Conservatores, art. 2. n. 35.

Regulares autem intra claustra degentes, & habentes suos conservatores legitime electos, in casibus civilibus conveniri solum possunt coram dictis conservatoribus, vel coram suis superioribus, non autem coram Ordinariis, seu Episcopis; Sic pluries decrevit Sac. Congr. Concil. & expresse statuit, & confirmavit Paulus V. constit. 34. incip. Religiosorum: Vide verb. Conservatores, per tot. ubi abunde ad rem.

Regulares subduntur Episcopis, si in numero à constitutionibus apostolicis præscripto in conventu non com-

communitur, & Regularem disciplinam non servent. Urban. VIII. constit. Cum saepe contingat: Innocent. X. constit. incip. Instaurandis & decret. incip. Ut in praxi: Innocent. XIII. constit. incip. Nuperit: Vide verb. Conventus, art. 2. ubi afferuntur multa ad rem.

70 Regulares, quamvis ordinarie nequeant ab Episcopi censuris coerceri propter amplissima eorum privilegia, quibus est eis concessum, ne sine Sedis Apostolicæ auctoritate possint à quopiam excommunicari, suspendi, & interdicti; tamen in casibus particularibus, in quibus vigore Concilii Tridentini, vel constitutionum apostolicarum datur Episcopis facultas coercendi, corrigendi, & puniendi regulares, ab ipsis possunt censuris coerceri, nisi habeant ad id privilegia sibi concessa, vel confirmata post Concilium Tridentinum. Sic Pignatelli. tom. 3. consuls. 46. à num. 11. & seq. ad 18. ubi plura refert decreta Sacr. Congreg. & signanter sub num. 12. ubi refert Sacr. Congreg. Concilii die 17. Julii 1627. negotio mature discusso, respondisse, posse Episcopos poenis sibi benevisis, etiam censurarum, compellere quocumque regulares recusantes, etiam Monachos, & quomodolibet exceptos ad processiones publicas, & consuetas accedere, atque illis interesse: Non obstantibus quibuscumque privilegiis, consuetudinibus, vel prescriptionibus, etiam immemorabilibus, privilegiis tantum apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus minime sublati, & sub num. 17. refert Sacr. Congreg. Rit. in Tarentina die 3. Maji 1642. ad dubium: Utrum teneantur Fratres Minores Reformati S. Francisci accedere ad processiones Rogationum, & S. Cataldi Patroni, & an censuris compelli possint, respondisse, observari debere decreta antiqua Sacr. Congreg. Concilii, scilicet regulares poenis arbitrariis cogi posse ab Episcopo ad interveniendum prædictis processionibus: Nisi docuerint de Apostolicis privilegiis contrarium disponentibus, quæ sint Concilio Tridentino posteriora.

71 Et quod Episcopi possint contra Regulares censuras relaxare in casibus, quibus eos impedirent, ne suæ dignitatis insignia, & præminentias haberent, ipsisque debita obsequia in accessu ad suas ecclesias denegetur, statuit Sacr. Congr. Conc. in Veneranda Interdicti 26. Januarii 1679. Et Sacr. Rit. Congreg. in Camerin. 21. Febr. 1699. & saepe alibi in consimilibus casibus.

72 Et quod in dictis particularibus casibus possint Episcopi contra Regulares censuras relaxare, non tamquam Judices, sed tamquam Juris Executores, ut dicit Laurent. de Franch. part. 2. quest. 10. num. 1. & Montalelli. tom. 4. suppl. ad tom. 2. num. 365. tenent Ric. in prax. ver. for. eccler. part. 2. resolut. 210. num. 1. lim. 2. & Collect. 4500. Leo, thesaur. for. eccler. part. 1. cap. 8. num. 18. part. 4. cap. 2. num. 143. Pax Jord. elucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 14. num. 59. Ventrigli. in prax. part. 1. annot. 48. §. unic. num. 106. Gallemart. Collectio in Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. remiss. verb. nota ex Farinacio, Romagner. ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 10. cap. 1. num. 10. Monacelli. tom. 1. tit. 8. form. 20. n. 26. & tom. 3. tit. 3. form. 6. numer. 13. Cardin. de Luca, de Jurisdic. disc. 29. num. 7. & disc. 104. num. 2. & in Miscellan. disc. 15. num. 8. ubi dicit, quod ille punctus post emanatam constitutionem Gregorii XV. incip. Inscrutabili: non mereatur amplius discursum. Passerinus præclarissimæ Religionis Prædicatorum doctissimus Filius, de stat. homin. tom. 3. quest. 189. art. 10. insp. 10. num. 768. sic expresse dicit: "Sed ubi Episcopis datur facultas coercendi, corrigendi, & puniendi Regulares, datur etiam facultas eos excommunicandi, & sic v. gr. dum sess. 25. cap. 13. datur Episcopis facultas compellendi eos ad processiones, datur etiam facultas eos compellendi per censuras." Barbosa in Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 13. num. 19. & de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 78. num. 25. cum pluribus ibi citatis dicens in fine non semel sic censuisse Sacr. Congr. Rit. ut in Ferrariens. 27. Julii 1609. in Chileni in Indiis 27. Februarii & 13. Maji 1610. & in Toletana 4. Junii 1615.

73 Non posse autem regulares ab Episcopi censuris

distingi, resolvunt multi, quos refert, & sequitur Sanchez de Matr. lib. 5. disp. 33. num. 28. Donatus prax. rerum regul. tom. 1. tract. 13. q. 24. Idem tenent Henriquez in Summa lib. 7. cap. 25. §. 7. P. Emmanuel in Summa tom. 1. cap. 74. num. 4. Villalobos, in Summa, tom. 2. tract. 35. difficult. 5. num. 17. Portell. in addit. ad dub. regul. verb. Episcop. num. 7. & verb. Processiones, num. 1. Hieronymus Roderic. in compend. qq. regul. resolut. 118. num. 1. Scott. in bullis select. Bulla 393. vers. Si autem. Laurent. de Peyrinis, tom. 1. in constit. sui Ordini. Min. constit. 2. Sixti. IV. num. 60. Tamburin. de Jure. Abbas. tom. 1. disp. 199. quest. 7. num. 7. Diana, part. 3. tract. 2. resolut. 76. & dicit decisum, Quærant, verb. Præcedentia, in fine; Et sic tenent plurimi alii acriter defendentes, quod Episcopi non possint censuris adversus regulares exemptos procedere, ex quo nulla adsit Religio, quæ sive per specialem concessionem, sive per communicationem, tale privilegium habere non prætetat.

Unde pendente lite super exhibitione privilegii, non potest Episcopus regulares turbare in sua possessione exemptionis, neque in eos potest suam Jurisdictionem exercere; & in dubio an Jurisdiclio pertinet ad Episcopum, non potest Episcopus in causa cognoscere, ne sit Index in propria causa, sed examen, & decisio sunt de reservatis Sedis Apostolicæ, juxta constitutionem Clementis X. incip. Supernax: & interim abstinendum esset à censuris, admonitis Superioribus, & certiorata Sacra Congregatione de excessu Regularium, ut accidit in una Forol. die 6. Martii 1692. ubi cum Patres Camaldulenses occasione accessus Episcopi ad eorum ecclesiam tempore expositionis Venerabilis Sacramenti, illum nec in ingressu, nec in egressu associare, neque navicalem incensum, ut moris erat (licet à Ministro Cæremoniarum moniti) ut thurificare posset Sanctissimum, porrigere voluissent; Et Episcopus de his Sacram. Congregationem reddidisset instructam, hæc ad relationem Cardin. Petrucci die 6. Martii 1692. rescripsit: "Patres Camaldulenses teneri præstare Episcopo accidenti ad eorum ecclesiam omnes actus reverentiales, & ad mentem. Mens est, quod P. Abbas accedat ad Episcopum, & exprimat obsequia, tam suo, quam Religiosorum suorum nomine;" Sic refert Monacelli. tom. 4. suppl. ad tom. 2. num. 356.

Ceterum quamvis Regulares exempti sint à Jurisdictione Ordinariorum, & sic non teneantur comparere, dum ab eis citantur; tamen id non procedit, cum in citatione exprimitur causa, quæ fundat super regulares Jurisdictionem, si non ordinariam, saltem delegatam, in aliquibus particularibus casibus, ut si citentur ad comparandum, & reddendam rationem, quare ad processionem non accesserint, tunc enim tenentur comparere, cum ad id assistat Episcopi dispositio Concilii Tridentini sess. 25. de regularib. cap. 13. eisdem tribuens Jus compellendi regulares ad processiones, alijs poterunt Episcopi contra ipsos contumaces censuras relaxare, declarando ad removendum omne dubium validitatis censurarum, quod id faciunt tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, ut sic declarandum esse censuit pluries in similibus Sacr. Congreg. Concilii apud Fagnan. in cap. Quoniam, num. 35. de offic. Delegati, & in cap. Nullus, num. 32. de Paroch. & recenter ita faciendum esse respondit, eadem Sacr. Congreg. Concilii in Milhiens. 17. Novemb. 1703. ad tertium, apud Monacelli. tom. 2. tit. 3. formul. 6. num. 5. Vide Ursayam, tom. 2. part. 1. discept. 15. & tom. 6. discept. 36. per tot. ubi multa adducit ad rem, Donat. prax. rer. regul. tom. 1. tit. 13. q. 17. Panimoll. dec. 84. num. 8.

Concludendum igitur est, quod licet regulares exempti sint à Jurisdictione Episcoporum, non sunt tamen exempti à stricto debito exhibendi eis omne obsequium, & reverentiam, quia Jus reverentiale eis per exemptionem non fuit ablatum, ut recte dicunt Cardin. de Luca, de regul. disc. 1. num. 21. & disc. 64. num. 15. Passerini. de stat. homin. tom. 3. q. 189. art. 19. insp. 10. num. 798. Monacelli. tom. 3. tit. 3. form. 6. numer. 20. & alii passim, & declaravit Sacr. Congreg. Episcop. in

Forolite. 6. Mart. 1692. & habet ex constit. 26. Leonis X. incip. Dum intra: in qua §. 24. Pontifex ipse sic regulares alloquitur: "Eosdem inster Fratres in virtutibus Sanctæ Obedientiæ monemus (hoc est præcipimus) ut eosdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & convenienti observantia venerentur."

85 Et Episcopos sic monet: "Ipsos quoque Episcopos hortamur, & per viscera misericordie Dei nostri requirimus, ut fratres ipsos affectu benevolæ prosequentes, caritative tractent, ac benigne foveant, sequæ illis minime difficiles, aut duros, vel morosos, sed potius faciles, mites, propitios, piaque munificentiæ liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis, tamquam in agro Dominico cooperatores, eorumque laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumque Jura omni cum caritate custodiant, atque defendant." Et Clement. Unica, Frequens, & Assidua, de excessibus Prælatorum, enunciatis triginta gravaminibus illatis per Prælatos, §. Verum, Episcopos non hortatur, sed eis præcipit, "ut viros Religiosos exemptos, privilegiatos, & non exemptos, Medicantes, & non Medicantes, caritative tractent, & foveant, & sua Jura, & privilegia inviolabiliter eis servent."

86 Et ibidem §. Verum, sive Episcopis, sive Regularibus exemptis, & non exemptis in mutæ debite dilectionis argumentum, sensus, & voluntas Concilii Generalis Viennensis per infrascripta præcisa verba exhibetur, ibi: "Verum, quia una est Regularium, & secularium, & subditorum exemptorum, & non exemptorum Universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una Fides, & unum Baptisma, decet, ut omnes, qui ejusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, & sicut fratres ad invicem vinculo caritatis sint adstricti; decet igitur, ut & Prælati, & alii tam exempti, quam non exempti, suis Juribus sint contenti, & alter in alterius injuriam non prosiliet, seu jacturam. Hæc in dicta Clement. Unica, Frequens, & Assidua, de excessibus Prælatorum.

87 * Ad dicta supra num. 39. addenda sunt quæ tradit P. Gaudentius de Janua in suo opere anno 1748. Romæ impresso, de Visitatione, cap. 4. dubio 10. num. 46. ibi: "Nihilominus pro Regularibus omnibus absque distinctione inter medicantes, & non medicantes, si intra claustra vivant, quamvis extra claustra quomodolibet delinquant, quod subsint jurisdictioni, & punitioni propriorum Superiorum privative, nisi quantum negligentiæ Superiorum fontes punire scandalosos, jurisdictione ad Episcopos devolvatur in terminis Concilii Trident. adest apertus motus proprius Benedicti san. memor. XIII. editus quidem ad dirimendas lites quod hoc inter Neapolitanum Nuntium, & Abbatem Generalem pro tempore Montis Virginis; Sed pro omnibus Regularibus, & Episcopis, ex altera parte, vigorem eundem præferens, ut evidens erit legenti, sic infra.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Motu proprio &c. Exponi nuper Nobis fecerunt Don Gallus Galluccio Abbas Generalis, & Abbas Don Ramirus Girardus Procurator Generalis Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis, quod licet Monachi omnes ejusdem Ordinis degentes in monasteriis, sub obedientia Abbatis cum aliis requisitis, per Concilium Tridentin. statutis, etiamsi delinquerint extra claustra, juxta privilegia ipsis concessa per fel. record. Urbanum IV. prædecessorem nostrum in literis apostolicis expeditis sub datum Idibus Junii 1264. & dispositionem ejusdem Concilii cap. 14. sess. 25. de Regularibus, sint prorsus immunes, & exempti jurisdictione nostri in regno Neapolitano Reverend. Nuntii, & subiecti privative tantummodo eorum Superioribus Regularibus, prout ita declaravit Camera Nostræ Gener. Auditor per sententiam definitam Ferrar. BIELLOTT. TOM. VIII.

ativam in contradictorio judicio, promulgatam contra Curiam Nuntiaturæ die 27. Nov. 1671. novas nihilominus modernus Nuntius excitavit pretesiones procedendi contra eosdem Regulares, sic exemptos, vigore facultatum sibi concessarum per fel. record. Clement. Papam VIII. nostrum pariter prædecessorem in literis apostolicis in forma brevis expeditis diebus 19. Junii 1592. & 22. Aug. 1601. sub inani etiam supposito, quod hujusmodi facultas ipsi delegata quæloque appareret per eundem Concilium Trid. in supra relato c. 14. ac ex observantia approbata per fel. record. Clementem XI. nostrum similiter prædecessorem, non attentata remissione hujusmodi controversiæ præcedenter facta ad nostram ejusdem Concilii Trid. Congregationem, & alteram particularem specialiter delegatam; Subortis proinde variis casibus, & remissionum eidem Nuntio causa, propterea nec in eodem Congr. Concilii, nec in altera particulari priori loco, sur supra delegata, discussa, neque proposita exitit. Agnoscentes modò ipsi Oratores, non leve sibi inferri præjudicium per continuationem Jurisdictionis prædicti Rever. Nuntii in detrimentum eorum exemptionis prædictæ, præces Nobis humiliter portexerunt, ut pro majori eorum tranquillitate controversiam hujusmodi ad nos advocare, & privilegia prædicta juxta sensum ejusdem Concilii Trid. & literarum apostolicarum interpretari, ac declarare, & sic ab ulterioribus vexationibus, desuper usque modo passis eximere, liberare, & alias opportune, prout juris fuerit, apostolica auctoritate providere dignaremur. Nosque ut dissolutiones, & jurgia inter ecclesiasticos omni celeritate dirimantur, & ad hoc, ut privilegia per Romanos Pontifices concessa, contrario sensu non explicentur, auditis prius per Reverend. Episcopum Himeriensem nostrum modernum Auditorem, de speciali nostro mandato, partibus prædictis; earumque Procuratoribus, & defensoribus, tam in voce, quam in scriptis, visisque, & consideratis omnibus de jure videndis, & considerandis, juxta illius sensum Nobis relatum, & cum illius voto, privilegia prædicta, & exemptionem respectivè declarare, litesque hujusmodi terminare, prout infra, decrevimus. Literas itaque apostolicas Urbani Papæ IV. favore dictæ Congregationis Montis Virginis, & respectivè Clementis VIII. favore prædicti Reverendissimi Nuntii, privilegia, & facultates in eis, aliisque posterioribus literis etiam Clementis XI. concessas, & expressas, dispositionem quoque prædicti Concilii Trident. in enunciato cap. 4. & alia quæcumque decreta in præmissis edita, & quomodolibet edita, & acta desuper gesta, totumque, & integrum statum, & merita causæ in eadem Congregatione Concilii, altera particulari Congregatione, & alio quocumque iudice particulari pendens; rationes itidem utriusque parti competentes singulariter præsentibus pro expressis de verbo ad verbum habentes, causam, & litem prædictam in statu, & terminis, in quibus ad præsens reperitur cum omnibus, & singulis illius emergentibus, dependentibus, adnexis, & connexis, & cum clausula quam, & quas &c. ad Nos advocantes, illam penitus extinguimus, & abolemus, ac partibus prædictis perpetuum silentium imponimus. Et auctoritate nostra apostolica declaramus, & decernimus, privilegia concessa dicto Reverendissimo Nuntio in regno Neapolitano per eundem Clementem VIII. non aliter intelligi posse, & debere, quam de facultate procedendi contra quoscumque Ordinis Regulares exemptos, qui tamen sint devii & errantes, & extra claustra in delicto deprehendantur; nullam propterea ipsi committisse, neque competere facultatem procedendi privative, neque cumulative contra Monachos, & Regulares degentes in conventibus, & monasteriis sub obedientia Abbatum, aliorumque Superiorum, & cum aliis requisitis per Concil. Trid. præscriptis; respectu enim istorum, notam jurisdictionem privative spectare ad Superiores Regulares, etiamsi Monachi, sive Regulares extra claustra ita notorie delinquerint, ut Populo scandalum par-